



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Diploma Adriani IV. Pontificis, quo Conradum Abbatem in pristinum  
dignitatis locum restituit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

Diploma Adriani I V. Pontificis, quo Conradum Abbatem in pristinum dignitatis locum restituit.

**A**drianus Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Eberhardo Salisburgensi Archiepiscopo, & Ratisbonensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Conradus Abbas monasterij S. MARIÆ de Biburch, sicut ex tua Fraternitate Ratisponensis Episcopi, & Canonicorū tuorum, & Fratris nostri Bambergensis Episcopi attestatione atque aliorum plurimū religiosorum virorum assertione cognouimus, quorundam iniquorum fratrum malitia & vexatione compulsus à monasterio suo discessit, & Apostolica sedis presentiam visitauit: qui dum transfretare disponderet, & Hierosolimam pergere, ut ibidem in aliquo loco religioso ad Dei seruicium, & ad saluādam animam perpetuo moraretur, nos eum à sua mentis intentione retraximus, & ipsum ad proprium monasterium remisimus, ut fratrum curam sicut hactenus, ita de cetero habeat, & in Abbatia plenarie debeat ministrare.

Eum itaque fraternitati vestrae attentius commendantes, per Apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatenus ipsum infra XX. dies post harum susceptionem in plenitudinem Abbatia, auctoritate nostra, omni occasione ac dilatione postposita, restituatis, fratribus eiusdem monasterij firmiter iniungentes, ut eum honeste recipiant, benigne tractent, & ipsi, tanquam proprio Abbati, & animarum suarum rectori debitam in omnibus reuerentiam & subiectionem impendant. Si verò aliquis interim in eadem Abbatia fuerit subrogatus, eum sine contradictionis obstaculo penitus amoueri



ueri curetis: Duos etiam eiusdem Ecclesia monachos \* Vdo: \* Vdonem.  
 videlicet & \* VValth: & duos Conuersos scilicet \* Euch: & \* VValtherū.  
 Vdal. quibus infestantibus & multipliciter perturbantibus \* Eucharium.  
 predictus filius noster Conradus Abbas commissa sibi Ab-  
 batia regimen se afferit dimisisse, ab ipso monasterio re-  
 moueatis, & eos in obedientis monasterij, extra mona-  
 sterium tamen, auctoritate nostra ponatis. Qui tam-  
 diu compellantur in ipsis obedientis permanere, quo vsque  
 à sua malitia recedentes, correcti & emendati à memorato  
 Abbate ad proprium monasterium renocentur. Data Late-  
 rani, XV. Kal. Maij.

### Literæ Adriani Pontificis ad Conuen- tum Biburgensem.

**A**drianus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis  
 filiis monachis & Conuersis Marie de Biburch,  
 salutarem & Apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Conradus Abbas ve-  
 ster, sicut ex relatione sua, & plurium religiosorum virorum  
 attestatione cognouimus, quorundam iniquorum fratrum  
 malitia & vexatione compulsus, à Monasterio vestro disces-  
 sit, & Apostolica sedis presentiam visitauit. Qui dum trans-  
 fretare disponderet, & Ierosolymam pergere, ut ibidem in ali-  
 quo loco religioso ad Dei seruicium, & ad saluandam animam  
 perpetuò moraretur, nos eum à sua mentis intentione retra-  
 ximus, & ipsum ad proprium monasterium remisimus ut  
 fratrum curam, sicut hactenus, ita de cetero habeat, & in  
 Abbatia debeat plenariè ministrare.

Eum itaque vniuersitati vestrae attentius, commendantes  
 per Apostolica scripta vobis precipiendo mandamus, qua-